A. Esmein, *Le Mariage en droit canonique*, rééd. par R. Genestal et J. Dauvillier, t. II, in-8° de VIII-508 p., Paris, 1935; J. Dauvillier, *Le mariage dans le droit classique de l'Eglise* (1140-1314), in-8° de 518 p., Paris, 1933; J. Dauvillier et C. de Clercq, *Le mariage en droit canonique oriental*, in-8° de XII-238 p., Paris, 1937; A. Raes, *Le consentement matrimonial dans les rites orientaux*, in-8° de 80 p., Rome, 1933.

R. J. White, *Canonical antenuptial Promises and the civil Law*, in-8° de VIII-152 p., Washington, 1934; J. B. Roberts, *The Banns of Marriage*, in-8° de XIV-140 p., Washington, 1931; J. Fleury, *Recherches historiques sur les empêchements de parenté dans le mariage canonique* (des Origines aux Fausses Décrétales), in-8° de 290 p., Paris, 1933; F. X. Wahl, *The matrimonial impediments of Consanguinity and Affinity*, in-8° de VIII-125 p., Washington, 1935; W. A. O'Mara, *Canonical causes for matrimonial Dispensations*, in-8° de X-155 p., Washington, 1935; W. Lohmann, *Der innere Vorbehalt gegen Wesensbestandteile der Ehe nach katholischen Kirchenrecht*, in-8° de IX-66 p., Dortmund, 1935; E. des Georges, *Les conditions de la crainte comme vice du consentement matrimonial*, in-8° de 102 p., Lyon, 1936; J. Hollns-

TEINER *Die Spruchpraxis der S. Romana Rota in Ehenichtigkeits Prozessen*, in-8° de VIII-164 p., Fribourg-en-Br., 1934; J. J. CARBERRY, *The juridical Form of Marriage*, in-8° de X-177 p., Washington, 1934; H. PORTMANN, *Wesen und Unauflösichkeit der Ehe* (dans la doctrine et la législation canonique des X^e^ et XI^e^ siècles), in-8° de 190 p., Ensdetten, 1938; G. ROUDIÉ, *Les exceptions à la théorie de l'indissolubilité du mariage en droit canonique*, in-8° de 130 p., Toulouse, 1933.

R. BIDAGOR, *La Iglesia propia en España*, in-8° de XII-174 p., Rome, 1933; S. SCHRÖCKER, *Die Kirchenpflegschaft*, in-8° de 212 p., Paderborn, 1935; A. VILLIEN, *Histoire des Commandements de l'Église*, 3^e^ éd., in-12 de XII-358 p., Paris, 1936; A. P. HERRERA, *Legislación eclesiástica sobre el Ayuno y la Abstinencia*, in-8° de XII-200 p., Washington, 1935; E. A. DOOLEY, *Church Law on Sacred Relics*, in-8° de X-144 p., Washington, 1931 ; C. TORRENTE, *Las procesiones sagradas*, in-8° de X-150 p., Washington, 1932.

N. JUNG, *Le magistère de l'Eglise*, in-12 de 192 p., Paris, 1935 ; *Enchiridion clericorum* (documenta Ecclesiae sacrorum alumnis instituendis), in-12 de LVIII-920 p., Rome, 1938 ; J. M. PERNICONE, *The ecclesiastical Prohibition of Books*, in-8° de XII-268 p., Washington, 1931; *Index librorum prohibitorum*, in-12 de XXVIII-508 p., Rome, 1938; M. PISTOCCHI, *De bonis Ecclesiae temporalibus*, in-12 de VIII-490 p., Turin, 1932 ; K. WEINZIERL, *Rückgabepflicht nach kanonischen Recht*, in-8° de VIII-144 p., Fribourg-en-Br., 1932; J D. HANNAN *The canon Law of Wills*, in-8° de XII-518 p., Washington, 1934.

II. Réponses et décisions.

C. 782 § 2. — Praxis deputandi sacerdotes episcopali charactere carentes ad Sacramentum Confirma-

tionis administrandum etiam in posterum servanda est intra limites hactenus definitos (i. e. in America latina tantum), et non est extendenda ad alias regiones, v. g. in Europa, etiam in casibus particularibus, et *ad mentem*, Sacr., 25 janv. 1924 (décision citée dans l'Instruction du 7 mai 1934 (voir p. 36), A. A. S., XXVII, 14).

Mens fuit « quod nihil esset immutandum in disciplina Ecclesiae quam hactenus servavit et vetuit immutari haec Sacra Congregatio, factis tantum nonnullis exceptionibus pro aliquibus regionibus in America Meridionali, ubi servari non potest jus commune ob extraordinaria rerum et personarum adjuncta. Quod si ex aliis regionibus exhibeantur hujusmodi petitiones, S. Congregatio suadeat episcopis oratoribus ut recurrant ad S. Sedem pro obtinendo episcopo auxiliari seu coadjutore, vel opem petant, pro hujusmodi Sacramento administrando, ab episcopis finitimarum dioecesium ».

C. 788. — Consuetudo antiquissima in Hispania et alicubi vigens ministrandi Sacramentum Confirmationis infantibus ante usum rationis servari potest, sed ad mentem.

Mens est ut, ubi Sacramenti Confirmationis administratio differri potest ad septimum circiter aetatis annum, quin obstent graves et justae causae (ad normam can. 788) contrariam consuetudinem inducentes, fideles sedulo edocendi sunt de lege communi Ecclesiae latinae, praemissa Sacrae Confirmationis administrationi illa catechesis instructione, quae tantum juvat ad animos puerorum excolendos et in doctrina catholica solidandos, prout experientia docet. — Ne autem ex hac resolutione aliquis error irrumpat aut non recta intelligentia de sacrorum canonum intentione et praecepto circa aetatem admittendorum ad primam communionem eucharisticam, declarat eadem Sacra Congregatio, equidem opportunum et conformius naturae et effectibus sacramenti Confirmationis, pueros ad sacram Mensam prima vice non accedere nisi post receptum Confirmationis Sacramentum, quod est veluti complementum Baptismatis et in quo datur plenitudo Spiritus Sancti (III, q. 72, a. 2); non tamen iidem

censendi sunt prohiberi quominus ad eamdem Mensam prius admittantur, si ad annos discretionis pervenerint, quamdiu Confirmationis sacramentum antea accipere non potuerunt. Cong. de Sacr., 30 juin 1932, A. A. S., XXIV, 271-272[1].

C. 824 § 2. — Non expedit indultum apostolicum concedere ut parocho, in propria ecclesia missam iteranti, tribuatur aliquod emolumentum ex reditibus legatorum. Conc., 13 nov. 1937, A. A. S., XXX, 101-103.

C. 840 § 1. — Non sustinetur dispositio dioecesana vicujus sacerdotes, missam binatam applicantes, eleemosynam tantummodo dioecesanam curiae tradere teneantur. Conc., 13 nov. 1937, A. A. S., XXX, 101-103.

867 § 4. — Canon 867 § 4, collatus cum canone 821 § 2, ita intelligendus est ut sacra communio distribui possit in Missa, quae sive jure sive apostolico indulto celebratur media nocte Nativitatis Domini nisi loci Ordinarius justis de causis in casibus particularibus id prohibuerit ad normam canonis 869. Com. Int., 16 mart. 1936, A. A. S., XXVIII, 178.

C. 883 § 1. — Sub nomine Ordinarii, de quo in can. 883 § 1, non veniunt superiores majores religionis clericalis exemptae. Com. Int., 30 jul. 1934, A. A. S., XXVI, 494.

1. Si agitur proinde de puero qui gravi morbo laboret adeo ut constitutus dicatur in mortis periculo, non solum prohibitum non est illi ante septennium Sacrum Chrisma administrare, sed expedit ut id fiat, unde ex hac vita demigrans majorem gloriam, juxta S. Thomae doctrinam (III p., qu. 73, art. 8, ad. 4), in coelis consequatur. Aliae insuper juxta probatam plurium Theologorum sententiam (Ben. XIV, De synodo, lib. VII, c. x, n. 5-7) esse possunt legitimae causae, praeter consuetudinem jam memoratam, antevertendi septennium in collatione hujus Sacramenti, et praesertim cum praevidetur futura diutina absentia Episcopi vel Presbyteri, cui facta sit facultas illud administrandi, vel alia urget necessitas seu justa et gravis causa. Sacr., 7 mai 1934, A. A. S., XXVII, 16.

C. 910 § 1. — Voir au can. 522.

C. 929. — Per *visitationem ecclesiae* vel oratorii, intelligitur « accessus ad hoc vel ad illam saltem cum intentione quadam generali seu implicita honorandi Deum in se vel in Sanctis suis, aliqua adhibita prece, et quidem prece praescripta, si aliqua imposita fuit ab indulgentiae largitore, vel aliqua qualibet sive orali sive etiam mentali pro cujusque pietate ac devotione ». Poen., 20 sept. 1933, A. A. S., xxv, 446.

C. 934 § 1. — Clausulae « precandi ad mentem Summi Pontificis » plane satisfit adjiciendo ceteris operibus praescriptis recitationem ad eam mentem unius, ut aiunt, *Pater*, *Ave* et *Gloria*, relicta tamen libertate singulis fidelibus, ad normam can. 934 § 1, quamlibet aliam orationem recitandi juxta uniuscujusque pietatem aut devotionem erga Romanum Pontificem. Poen., 20 sept. 1933, A. A. S., xxv, 446.

C. 934 § 2. — 1. Verba can. 934 § 2 (indulgentiae, orationibus adnexae, penitus cessant ob quamlibet additionem, detractionem, vel interpolationem) non rigorose intelligi debent de quibusvis additionibus, detractionibus vel interpolationibus, sed de iis tantum quae earum substantiam alterent. Poen., 26 nov. 1934, A. A. S., xxvi, 643.

2. Indulgentiae, invocationibus et precibus sic dictis jaculatoriis adnexae, acquiri possunt, caeteris paribus, a fidelibus quibuslibet etiam per mentalem tantum earum recitationem. Poen., 7 déc. 1933, A. A. S., xxvi, 35.

C. 987 n. 1. — Voir au c. 542 n. 1.

C. 1006 § 3. — Sub verbis *festa de praecepto*, de quibus in can. 1006 § 3, non veniunt festa per Codicem in universa Ecclesia suppressa. Com. Int., 15 mai 1936, A. A. S., xxviii, 210.

C. 1037. — Ad habendum impedimentum publicum sufficit ut publicum sit factum ex quo oritur impedi-

mentum. Com. Int., 25 juin 1932, A. A. S., XXIV, 284.

C. 1060. — Voir au c. 542 n. 1.

C. 1061. — Lorsque, pour de très graves raisons, l'Église croit pouvoir accorder la dispense de l'empêchement de religion mixte, ou de l'empêchement de disparité de culte, elle exige des futurs des engagements : liberté de la pratique religieuse pour le conjoint catholique ; éducation catholique de tous les enfants. Un décret du St-Office en date du 14 janvier 1932 déclare que cette dispense ne peut être accordée licitement ni même validement par les Ordinaires, curés ou confesseurs dans les cas prévus aux canons 1043-1045 que si aucune autorité, dans le pays où les conjoints résident ou résideront un jour, ne peut légalement les empêcher de tenir leurs engagements (A. A. S., XXIV, 25). « Ne dispensationes hujusmodi unquam impertiantur, nisi praestitis antea a nupturientibus cautionibus, quarum fidelem exsecutionem, etiam vi legum civilium, quibus alteruter subjectus sit, vigentium in loco actualis vel (si forte alio discessuri praevideantur) futurae eorum commorationis, nemo praepedire valeat; secus ipsa dispensatio sit prorsus nulla et invalida ».

C. 1071. — Voir au can. 1061.

C. 1099 § 2. — Voir au c. 542 n. 1.

C. 1127. — In matrimonio contracto a duobus acatholicis dubie baptizatis, in casu dubii insolubilis circa Baptismum, non potest permitti alterutri parti ad fidem conversae usus Privilegii Paulini vi canonis 1127. S. O., 10 jun. 1937, A. A. S., XXIX, 305-306.

In matrimonio contracto inter partem non baptizatam et partem acatholicam dubie baptizatam, in casu dubii insolubilis de baptismo, non possunt Ordinarii alterutri parti ad fidem catholicam conversae permittere usum Privilegii Paulini vi canonis 1127, sed recurrendum est ad S. Officium in singulis casibus. *Ibid.*

C. 1131 § 1. — Separatio conjugum, ob causas de

quibus in h. c., forma administrativa decernenda est, nisi ab Ordinario aliter statuatur ex officio vel ad instantiam partium. Com. Int., 25 juin 1932, A. A. S., XXIV, 284. In his causis, eadem servanda est forma in secundo gradu, ac in primo gradu. *Ibid.*

C. 1208 § 1. — Ordinarius disponere valet locum sepulturae communis singularum parocciarum, necnon prohibere ne fideles unius parocciae in proprio alterius parocciae coemeterio sepeliantur, salvis tamen can. 1226 et 1228 (de sepultura legitime electa) et can. 1229 (de sepulcro viri vel majorum). Voir Conc., 11 juil. 1931, A. A. S., XXV, 373-375.

C. 1230 § 7. — Voir Conc., 4 jul. 1936, A. A. S., XXIX, 474-476.

C. 1240 § 1 n. 1. — Voir au c. 542 n. 1.

C. 1265 et **C. 1269.** — Voir plus loin (p. 37 à 40) l'instruction *De sanctissima Eucharistia sedulo custodienda*, Sacr., 26 mai 1938, A. A. S., XXX, 198-207.

C. 1283 § 2. — Ad normam c. 1283 § 2, Vicarius generalis speciali mandato episcopi indiget ad authenticandam partem sacrae reliquiae ex authentica extractam. Com. Int., 17 juil. 1933, A. A. S., XXV, 345.

C. 1285 § 1. — Vicarius generalis non potest, vi can. 1285 § 1, sine speciali mandato episcopi, novum authenticitatis documentum tradere vel sacrae reliquiae novum sigillum apponere. Com. Int., 17 juil. 1933, A. A. S., XXV, 345.

C. 1310 § 1. — Si communitas emisit votum, vi voti non obligantur nisi qui voverunt. Reliqui tamen possunt teneri ex lege rite promulgata vel statuto legitimo. Cf. Conc., 18 jan. 1936, A. A. S., XXIX, 343-345.

C. 1410. — Proventus fodinarum beneficialium pertinent ad dotem beneficii, detracta congrua summa pro expensis factis et pro amissione fructuum naturalium. Conc., 12 déc. 1931, A. A. S., XXIV, 147-149.

C. 1427 § 3. — Voir Conc., 16 juil. 1932, A. A. S., XXV, 470-472.

C. 1427 § 4. — Matricitas habetur cum filialis paroecia, per dismembrationem a matrice procedens, et de reditibus et proventibus matricis dotata, in titulum erecta est, et proinde independens est a matrice in exercitio curæ animarum. Voir Conc., 13 juin 1931, A. A. S., XXV, 208-211; Orient., 5 avril 1930, A. A. S., XXII, 274-275.

C. 1460. — Voir Conc., 15 mart. 1930, A. A. S., XXV, 315-318.

C. 1470. — Jus patronatus tum activum tum passivum extinguitur si supprimitur officium in quod exercebatur : v. g. si quaedam Collegiata evecta fuit a S. Sede ad cathedralis ecclesiae gradum, praevia collegialitatis suppressione et extinctione. Conc. 15 febr. 1936, A. A. S., XXIX, 272-275.

III. Documents complémentaires.

1° Confirmation. — *Instructio pro simplici sacerdote Sacramentum Confirmationis ex Sedis Apostolicae delegatione administrante.* Sacram., 7 mai 1934, A. A. S., XXVII, 11-22.

Cette nouvelle rédaction, légèrement complétée[1], de l'instruction insérée dans l'appendice du Rituel romain, est pré-

1. Les principales additions sont les suivantes : « 7... Juxta veterem Ecclesiae usum, confirmandi deberent esse jejuni, idque optandum propterea esset ut in praesenti etiam servaretur... 8. Quod vero ad aetatem confirmandorum attinet, recolenda sunt quae fuse diximus sub 1, n. 3 (voir au can. 788)... 10. Caveant confirmandi ne sordida fronte, capillisque impexis ad hoc Sacramentum accedant ; vestibus tamen sint induti, quemadmodum et patrini, simplicibus et ad modestiam compositis. Mulieres vero illud susceperurae et quae matrinarum officium exercebunt, in ecclesiam ne accedant vanis indutae ornamentis aut fucata facie, sed cum omni modestia et reverentia... 18. Ex hac cognatione spirituali jam non oritur impedimentum ad matrimonium. »

cédée d'un long exposé sur l'âge des confirmands (voir au can. 788) et le ministre de la confirmation (voir au can. 782 § 2).

2° Eucharistie. — *a*) La Cong. pour l'Église orientale a publié à l'usage des prêtres de rite byzantin, une instruction sur le binage (1er févr. 1933, A. A. S., xxvi, 181-182).

b) La Cong. des Sacrements a publié le 26 mai 1938 une longue instruction *De Sanctissima Eucharistia sedulo custodienda* (A. A. S., xxx, 198-207). En voici les dispositions principales.

Après avoir rappelé le canon 1269 du code, et l'instruction du 26 mars 1929 (voir 1er *supplément*, p. 34-36), la Congrégation s'exprime ainsi :

3. Animadvertatur prae primis duo sub gravi praecipi ut Ssma Eucharistia in ecclesia possit asservari : 1° *ut adsit qui ejus curam habeat*, 2° *regulariter sacerdos semel saltem in hebdomada missam in sacro loco celebret* (c. 1265 § 1). Si vero quandoque Apostolica Sedes ob penuriam sacerdotum indulget ut sacrum quintodecimo quoque die dumtaxat litetur ad sacras renovandas species, secluso semper earundem corruptionis periculo, nunquam tamen dispensat, immo instanter urget ut habeatur persona quae die ac nocte Ssmi Sacramenti custodiae incumbat...

4. *a) Tabernaculum sit inamovibile et undequaque solide clausum* : ab hoc praecepto per se gravi nec Episcopus valet dispensare nec ei consuetudo etiam centenaria et immemorialis derogare... Optimum sane consilium foret si tabernaculum sit vera arca ferrea (*coffre-fort*) adeo ut nec perforari nec effringi potest mediis quae ordinarie adhibentur a furibus... Sacra haec Congregatio onus non imponit hujusmodi comparandi tabernacula in ecclesiis quae ordinariis sunt instructae ciboriis ; dummodo reapse securitatis idonea praebeant argumenta, quamvis suadeat ut ea adhibeantur in ecclesiis noviter aedificandis...

5. *b*) *Tabernaculum tam sedulo est custodiendum ut periculum cujusvis sacrilegae profanationis arceatur*... Quod attinet ad custodem, hic, licet sit optandum ut sit clericus,

imo sacerdos, non prohibetur quod sit laicus, *modo clericus respondeat de clavi* qua est reserandus locus ubi Eucharistia asservatur. L'instruction précise que ce gardien doit habiter tout près pour veiller efficacement sur l'église; qu'il doit surveiller, surtout dans les villes, les visiteurs inconnus, les ouvriers employés aux réparations, etc. Avant de fermer l'église le soir on s'assurera bien « ne quis malevolus includatur », et on ne confiera ce soin qu'à des personnes de toute confiance. Au besoin, on utilisera les procédés modernes pour être avertis, grâce à des contacts électriques soigneusement dissimulés, de la présence d'un voleur. Si la prudence le demande, on conservera le Saint-Sacrement pour la nuit « in loco tutiore et decenti »; on ne laissera pas dans le tabernacle des ciboires trop précieux, etc.

6. *c) Clavis tabernaculi diligentissime a sacerdote custodiatur.* Domi custodiatur, aut ab ipso continenter gestetur, amissionis periculo remoto, vel in sacrario, et quidem in loco tuto et secreto, reponatur altera clavi claudenda, quam alteram clavem uti supra rector tueatur (cf. Ev. et Reg., 9 fév. 1751)... Si clavem in sacrario retineat sub alia clavi, rector potest hanc tradere aedituo, pro tempore quo ipse abest, et clavis tabernaculi necessaria esse queat.

7. L'instruction détermine avec précision celui qui a la garde de la clef du tabernacle, et envisage successivement: les églises paroissiales, cathédrales ou collégiales, les autres églises, les chapelles des religieuses. Dans ces dernières « *clavis tabernaculi non est custodienda inter septa monasterii.* Ipsa igitur est in posterum asservanda *in sacrario* ut praesto sit, quotics necessitas postulet, atque, expletis ecclesiae sacris functionibus ac praesertim nocturno tempore, in loco tuto, solido atque secreto reponenda, et quidem duabus obserato clavibus, quarum altera communitatis antistitae est custodienda per se ipsi aut per vicariam, et altera moniali cuidam, puta sacrario addictae, adeo ut utriusque concursus ad reserandum locum, de quo supra, requiratur ».

8. Dans les séminaires et collèges, c'est le supérieur (s'il est prêtre), ou le directeur spirituel ou le chapelain qui doit garder la clef.

9. Dans les oratoires privés, « ciborii clavis custodiri solet potius cura familiae quam cappellani », mais l'Ordinaire peut en décider autrement.

10. Pour faire observer les règles ci-dessus, l'Ordinaire a comme moyens de droit : *a*) les visites pastorales ; *b*) les procès économiques, en cas de profanation[1], « adversus parochum aliumve sacerdotem tam saecularem quam religiosum etiam exemptum, Ssmi Sacramenti custodiae praepositum » ; *c*) les peines contre les délinquants : l'instruction donne à ce sujet les pouvoirs nécessaires aux Ordinaires des lieux. « Ut locorum Ordinarii poenis prosequi queant et delinquentes religiosos utriusque sexus etiam exemptos... facultates committimus necessarias cumulative cum eorum Superioribus religiosis majoribus, quibus pariter haec S. Congregatio idem onus imponit, reservata tamen uni Episcopo facultate processum conficiendi de quo sub litt *b* incasu ibi descripto » ; *d*) enfin le contrôle des indults accordant le droit de conserver le Saint-Sacrement. « Ne se nimis faciles praebeant in suscipiendis et commendandis precibus pro impetranda facultate asservandi Ssmam Eucharistiam in locis quae de jure communi eadem carent, immo abstineant prorsus, nisi gravissimae causae intersint, praesertim in privatis oratoriis et ecclesiis a domibus fidelium nimis dissitis, in desertis montibus magnisque camporum spatiis sitis, quibus non suppetant ea omnia quae pro fideli et tutissima custodia SS. Specierum requiruntur. Tolerabilius sane erit ut quandoque etiam notabili fidelium parti commodum non praebeatur Ssmae Eucharistiae adorandae, quam ut Eadem exponatur sat probabili periculo profanationis. Immo et potestas hisce litteris committitur Excmis Episcopis locorumque Ordinariis revocandi facultatem asservationis Eucharistiae in ecclesiis et oratoriis, etiam privatis, quae hoc apostolico privilegio per indultum fruuntur, quoties adnotent aut graves abusus intercessisse aut non omnes concurrere conditiones pro secura custodia,

1. Quoties furta sacrilega quibus Ssma Eucharistia violatur in sua dioecesi quacumque de causa acciderint, loci Episcopus.. œconomicum semper conficiat processum... actaque processus ad hanc S. Congregationem mittat cum suo voto quo praeprimis accurate describat ejusdem furti temporis et loci adjuncta, et dein, actis processus ejusdem prae oculis praesertim habitis, renuntiet cujus culpae aut negligentiae culpabili admissum facinus sit tribuendum atque poenas canonicas contra sontes infligendas proponet et hujus S. Dicasterii mandata praestoletur.

reverentia cultuque debito erga Summum Sacramentum.

3° Extrême-Onction. — La Cong. pour l'Église Orientale a approuvé, à l'usage des prêtres de rite copte, deux formules nouvelles — l'une dite brève, l'autre très brève — pour l'administration de l'Extrême-Onction (20 juin 1933, A. A. S., xxv, 335-341).

4° Divers. — *a*) Le 20 déc. 1935, Pie XI a publié une très importante encyclique doctrinale sur le Sacerdoce catholique : la grandeur du prêtre, les vertus du prêtre, la formation du prêtre. Cette encyclique est suivie de la Messe votive de N. S. J. C., prêtre souverain et éternel. A. A. S., xxviii, 5-50.

b) Instructio ad supremos religionum et societatum clericalium moderatores *de formatione clericali et religiosa alumnorum ad sacerdotium vocatorum, deque scrutinio ante ordinum susceptionem peragendo*. Rel., 1 déc. 1931, A. A. S., xxiv, 74-81.

3. Accepta occasione Instructionis S. Cong. de Sacramentis (27 déc. 1930) *super scrutinio candidatorum instituendo antequam ad ordines promoveantur* [voir *1re Supplément*, p. 40-51], Sacra haec Cong. Religiosorum... haec quae sequuntur... praecipere decrevit :

§ 1. De formatione alumnorum ad ordines promovendorum.

4. Ex ipsa rerum natura atque quotidiana experientia accipimus Religionum prosperitatem ab alumnorum formatione, potissimum pendere. Quod ita exponebat Pius IX : « Cum ex diligenti tyronum admissione atque optima illorum institutione latius cujusque sacrae familiae status decorque plane pendeat, vos summopere hortamur, ut eorum qui religiosae vestrae familiae nomen dari sunt, indolem, ingenium, mores antea accurate exploretis, ac sedulo investigetis quo consilio, quo spiritu, qua ratione ad regularem vitam ineundam ipsi ducantur ».

5. Enimvero, natura jam prudenterque delectis adolescentibus religiosae vitae candidatis, Superiores impense

curabunt, ut eis una cum pietatis doctrina, ad aetatem eorum accommodata, inferiores quoque disciplinae tradantur, quae in gymnasiis tradi solent (c. 589), « ita silicet, ut non ante ad novitiatum accedant quam humanitatis, ut aiunt, curriculum confecerint, nisi sat gravis interdum causa aliter decernendum suadeat », quo casu compleri debebit, antequam cursus philosophicus incipiatur.

6. Atqui imprimis, maxima diligentia, jam inde a primo candidatorum in Religionem ingressu, Superioribus adhibenda erit ut adolescentes, non gregatim, neve festinanter adsciscantur, sed ii soli, in quibus divinae vocationis indicia deprehenduntur, et spes affulget eosdem cum fructu ecclesiasticis ministeriis perpetuo addictum iri (c. 1363 § 1). Ampliores adhuc de candidatis notitias sibi procurent Superiores antequam alumnos ad novitiatum admittant (c. 544-545), et testimoniales litteras forsan insufficienter acceptas, per alias accuratas investigationes a fide dignis personis habitas, suppleant. Neque negligant Superiores notitias sibi assumere de illorum familiarum moribus, utrum nempe parentes fuerint ab illis vitiis immunes, quae facile in prolem redundare possent. Nimirum, in candidatis ad sacerdotium designandis, communia vocationis religiosae indicia minime sufficiunt, sed requiruntur praeterea signa specialia clericorum statui propria. Hac ergo de causa praecipiunt sacri canones, ut novitiatus alius pro clericis, alius pro conversis habeatur, adeo ut qui pro una classe expletus fuerit, pro altera non valeat (c. 558).

7. Expleto novitiatu, alumni in iis domibus collocentur, in quibus plena legum observatio floreat, praesertim quod ad perfectam vitam communem (c. 587 § 2), necnon ad paupertatem spectat, ubi, praeterea, cetera ita sint disposita, ut praescriptum philosophiae ac theologiae cursum fructuosius valeant peragere. Quo quidem tempore cavebunt Superiores ne juvenes a virtutum certamine animos remittant, illos ab illorum librorum aut ephemeridum lectione, quibus a bonis studiis praepediri utcumque possent, arcentes, necnon, quod ad animi recreationem pertinet, ab illis quoque exercitationibus corporeis, quae clericos minime decent, juxta gravissimum monitum Concilii Tridentini : « Sic decet omnino clericos, in sortem Domini vocatos, vitam moresque suos omnes componere, ut habitu,

gestu, incessu, sermone, aliisque omnibus rebus nil, nisi grave, moderatum ac religione plenum prae se ferant ». Curabunt quoque Superiores ut Magistri spiritus, quorum speciali curae toto studiorum curriculo illi committuntur, eorum animos ad vitam religiosam et clericalem, qua opportunis monitis, qua instructionibus atque adhortationibus, informent (c. 558 § 1) : hac enim ratione, et non aliter, tandem aliquando solidam doctrinam praeferent cum sanctissima vita conjunctam.

8. Quod spectat ad sacrarum litterarum studia, gravissima verba semper prae oculis habeant ejusdem Ssmi Domini Nostri Pii XI : « Quam quidem rerum sacrarum cognitionem cum necesse sit Ecclesiae administros et maximi facere et penitus percipere, id ipsum est hortationis Nostrae caput, ut sodales religiosos, sacerdotio vel jam potitos vel posthac initiandos, ad disciplinas sacras assidue excolendas excitemus, quas nisi calleant, vocationis suae munia perfecte absoluteque implere non poterunt. Cum enim iis, qui se Deo consecraverint, aut unum aut certe praecipuum propositum sit orare Deum et divina contemplari aut meditari, qui igitur gravissimo ejusmodi fungantur officio, nisi fidei doctrinam plane cognitam habeant atque perspectam? Quod velimus eos imprimis attendere, qui umbratilem in caelestium rerum contemplatione vitam degunt; errant enim, si putant, theologicis studiis aut ante neglectis aut postea depositis, posse se, copiosa illa destitutos, quae e doctrinis sacris hauritur, Dei mysteriorumque fidei cognitione, facile in excelsis versari atque ad interiorem cum Deo conjunctionem efferri atque evehi. Ad ceteros autem quod attinet, sive ii docent, sive contionantur, sive animis expiandis pro tribunali poenitentiae sedent, sive in sacras expeditiones dimittuntur, sive cum populo in cotidiana vitae consuetudine sermocinantur, nonne multiplex ista ministerii sacri exercitatio eo plus habitura est roboris atque efficacitatis, quo majore eruditionis summa niteant ac polleant »?

9. Quoniam vero haec juvenum studiosa formatio compleri nequit ubi dissipationi locus detur, aut juvenibus passim per diversas domos vagari, vel apud parentes commorari permittatur, ideo non absque justa et gravi causa, de qua re Superiorum conscientia graviter onerata manet, eosdem itinera suscipere liceat, sed in domibus ad

studia destinatis constanter permaneant; ibique, in exercitia pietatis ac scientiae, usque ad completum studiorum curriculum, incumbant assidue. Quod valet etiam, si quando eos, de licentia huius Sacrae Congregationis, ante completum quartum sacrae theologiae annum, presbyteratu insigniri contingat.

10. Cum autem majores scopuli initio vitae sacerdotalis occurrere soleant, caveant Superiores ne post ordinationem et completo jam studiorum curriculo, juvenes sibi ipsi relinquantur, sed per aliquod tempus sub speciali cura eosdem habeant. Quod ut facilius fiat, illos in domibus ubi perfecta viget regularis observantia assignent, speciale tyrocinium, pro uniuscujusque captu, subituros. Interim studia prosequantur et in eis jugem profectum edant ad normam sacri canonis, praecipientis ut « religiosi sacerdotes,... post absolutum studiorum curriculum, quotannis, saltem per quinquennium, a doctis gravibusque patribus examinentur in variis doctrinae sacrae disciplinis antea opportune designatis » (c. 590) : de qua re, in quinquennali relatione Sacram hanc Congregationem edoctam teneant, simul rationem reddentes de causa motiva exemptionum, si quas ipsi dare censuerint.

11. Haec autem omnia officia Superiores faciliore negotio adimplebunt, si in personis, quibus juvenum institutio committitur deligendis, speciales impenderint curas, ut nonnisi viri prudentes, caritate ac pietatis observantia praestantes ad id muneris advocaverint. Ipsi vero spiritus Magistri necnon scientiarum Professores, alumnis suis, jam ab unguiculis, exemplo disciplinae religiosae et virtutum sacerdotalium esse satagant, scientes nonnihil verba, plurimum vero exempla ad animos juvenum informandos conferre (cc. 559 § 1; 588 § 1, 2).

§ 2. *De scrutinio ante susceptionem ordinum peragendo.*

12. Quod, vi canonicae legislationis, ad ordinationem religiosorum attinet, Superiores majores vel concedunt litteras dimissorias Episcopis ordinantibus (cc. 965 et 966 § 1), vel saltem alumnos ordinationi praesentant cum litteris testimonialibus (c. 994 § 5). Hisce testimonialibus litteris Superior religiosus non solum alumnos esse de familia testatur, sed etiam de studiis peractis, deque aliis in jure

requisitis fidem facit (c. 995 § 1). Hinc liquet, gravissimam illam obligationem qua tenentur Episcopi efformandi, probandi ac seligendi proprios subditos saeculares qui sacros ordines recipere volunt, eamdem prorsus Superioribus religiosis incumbere, quorum est suis subditis ad sacros ordines accessum permittere. Et licet Episcopi valeant ad normam juris (c. 997 § 2) testimonio Superiorum non acquiescere ac per sese religiosum ordinandum examinare, non tamen ad hoc tenentur; sed, coram Deo ac Ecclesia, Superiorum bono testimonio assentiri possunt, atque in ipsos plenam respondendi obligationem circa candidatorum formationem et dignitatem refundere (cc. 970, 995 § 2).

13. Cum res ita sapienter ordinatae sint, tanquam sibi injuncta Superiores existimare debent gravissima Apostoli verba, tam saepe inculcata, quibus Episcopi de strictissima obligatione admonentur, candidatos semel atque iterum probandi, antequam eos ad sacros ordines admittant : *Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis : et hi autem* (Diaconi) *probentur primum, et sic ministrent, nullum crimen habentes*. Priora verba commentans aiebat S. Joannes Chrysostomus : *Quid est* cito? *Non post primam probationem, nec post secundam, vel tertiam; sed postquam saepius circumspexeris et accurate examinaveris*. Et Codex juris canonici, Patrum Conciliorumque sententias perstringens, ait : *Episcopus sacros ordines nemini conferat, quin ex positivis argumentis certus sit de ejus canonica idoneitate; secus non solum gravissime peccat, sed etiam periculo se committit alienis communicandi peccatis* (c. 973, § 3).

14. Quae cum ita sint, sequentia ab omnibus religionum et societatum clericalium moderatoribus deinceps erunt observanda. Novitii, ante professionem votorum temporalium, quae omnino praecedere debet promotionem ad tonsuram et ad ordines minores, Superiori petitionem scripto deferant, in qua expressis verbis testimonium ferant de sua ad statum religiosum et clericalem vocatione, simulque firmum propositum pandant perpetuo se militiae clericali, in statu regulari, mancipandi (c. 973 § 1) : quae petitio et declaratio in archivo asserventur. Superiores vero quemquam ad ordines ascendere ne sinant, quamdiu de ejusdem moribus, pietate, modestia, castitate, ad statum clericalem propen-

sione, in studiis ecclesiasticis profectu, necnon religiosa disciplina, sibi per accuratum scrutinium non constiterit. Ad quod certius obtinendum, testimonium exquirant Magistri spiritus aliorumque, quibus ob specialem cum alumnis frequentiam, horum vitam moresque pernoscere contigerit. Quae testimonia leviter ne recipiantur, sed sedulo ponderentur, habita ratione prudentiae, sinceritatis, judicii maturitatis illa ferentium. De factis inquisitionibus deque scrutinii exitu, justum condatur documentum in archivo asservandum. Denique, Superior ipse, vel per se, vel per alium scientia ac prudentia praeditum, sibique adolescentum fiduciae comparandae idoneum, hos interrogare curet, ut tandem aliquando certior reddatur, ipsos libere ac scienter ordines in statu religioso appetere.

15. Quod ad ordinum majorum susceptionem attinet, meminisse Superiores religiosos oportet, eos alumnos suos minime posse ad eosdem promoveri sinere, antequam professionem sive perpetuam, sive solemnem emiserint (c. 964, § 3, 4). In Religionibus ubi perpetua vota non emittuntur, Superiores districte vetantur, alumnos ante triennium completum votorum temporariorum ad ordines sacros promovere; in Societatibus vero sine votis — peracta, si adsit, perpetua seu definitiva cooptatione — ante triennium item completum a prima post novitiatum cooptatione in ipsam Societatem.

16. Antequam alumni ad subdiaconatum admittantur, novam Superiores inquisitionem de supradictis (n. 14) instituere debent. Ad quod praestandum documenta inquisitionis jam peractae in archivo servata iterum videant, et nova testimonia de moribus, deque spiritualibus qualitatibus cum antiquis comparent; ut probe noscant quomodo juvenes a prima professione, tum in disciplina religiosa, tum in profectu in studiis clericalibus sese exhibuerint. Quibus demum peractis, si digni et idonei inventi fuerint, nullaque adsit ratio canonica cur ab ordine recipiendo arceantur, Superiores litteras dimissoriales seu testimoniales pro ordinatione ipsi concedere possunt; iis servatis quae in jure canonico propriisque constitutionibus statuuntur.

17. In omnibus vero Religionibus et Societatibus, Superiores antequam alumnos ad subdiaconatum praesentent, praeter inquisitionem supra praescriptam (n. 16), ab ipsis

testificationem, intuitu subsecuturae, tempore suo, sacrae ordinationis, manu propria candidati subscriptam et jurisjurandi fide, coram Superiore, firmatam, exigere debent sequentis tenoris :

« Ego subsignatus *N. N.*, alumnus Ordinis vel Congregationis *N. N.*, cum petitionem Superioribus exhibuerim pro recipiendo subdiaconatus ordine, diligenter re perpensa coram Deo, juramento interposito, testificor : 1. Nulla me coactione, seu vi, aut nullo impelli timore in recipiendo eodem sacro ordine, sed ipsum sponte exoptare, ac plena liberaque voluntate eumdem cum adnexis oneribus amplecti velle. — 2. Fateor mihi plene esse cognita cuncta onera ex eodem sacro ordine dimanantia, quae sponte amplector, ac Deo opitulante propono me toto vitae curriculo diligenter servare. — 3. Quae castitatis voto ac coelibatus lege praecipiuntur, clare me percipere testor, eaque integre servare usque ad extremum vitae, Deo adjuvante, firmiter statuo. — 4. Denique sincera fide spondeo jugiter me fore, ad normam sacrorum canonum, obsequentissime obtemperaturum iis omnibus quae mihi a Praepositis, juxta Ecclesiae disciplinam, praecipiuntur, paratus virtutum exempla, tum opere, cum sermone, aliis praebere, adeo ut tanti officii susceptione retributionem a Deo promissam accipere merear. Sic testor ac juro, super haec Sancta Dei Evangelia, quae manu mea tango.

...die... mensis... anni... *N. N.* manu propria ».

18. Notandum, in Ordinibus votorum solemnium, praedictam testificationem, manu propria religiosi subscriptam et jurisjurandi fide firmatam, emissioni votorum solemnium praemitti debere.

19. In dimissoriis litteris pro alumnorum ordinationibus, juxta praescripta Codicis juris canonici, concedendis, necnon in testimonialibus litteris, Superiores de his omnibus, onerata eorum conscientia, Episcopo ordinanti testentur; cui tamen liberum sit pro lubitu interrogationes etiam privatim alumnis ordinandis facere.

20. Licet pro diaconatus et presbyteratus ordine opus non sit informationes adeo amplas atque nova requirere testimonia, advigilent tamen Superiores et videant utrum, in intervallo ab unius et alterius ordinis sacri collatione, nova acciderint, quae vel patefaciant dubiam ad sacerdotium

vocationem, vel nullam prorsus commonstrent. Hoc in casu, perscrutatione perquam diligenter peracta, adhibitoque virorum prudentum consilio, novi ordinis susceptionem penitus interdicant, remque ad hanc Sacram Congregationem referant, a qua, pro singulis casibus, quod opportunius in Domino visum fuerit, decernetur.

21. Haec omnia... Pius Pp. XI.. rata habere et confirmare dignatus est, mandans praeterea ut praesens instructio omnibus Supremis Religionum et Societatum clericalium Moderatoribus notificetur, ab iis adamussim celebranda, praecipiens etiam ut sub initio cujuslibet anni religiosis clericis perlegatur, deque hisce praescriptionibus fideliter adimpletis Superiores in quinquennalibus relationibus Sacram hanc Congregationem edoceant.

5° Indulgences. — *a*) *Recueil officiel.* — Un décret de la Pénitencerie, du 31 déc. 1937, a officiellement approuvé comme seule collection authentique le recueil *Preces et Opera Indulgentiis ditata* (in favorem omnium christifidelium vel quorumdam cœtuum personarum), in-16 de xx-654 p., Marietti, 1938.

In audientia... die 11 dec. 1937 concessa, Pius PP. XI collectionem hanc approbavit et confirmavit et, abrogatis generalibus indulgentiarum concessionibus in eadem collectione non relatis, ipsam tantum uti authenticam haberi mandavit. Poen., 31 déc. 1937, A. A. S., xxx, 110-111.

b) *Pouvoirs de bénir et d'indulgencier.* — Depuis le 1er avril 1933 (décret du 20 mars 1933, A. A. S., xxv, 170-171), la Pénitencerie s'est réservé le droit d'accorder directement aux prêtres : le pouvoir de bénir les objets de dévotion et de leur attacher les Indulgences apostoliques ou de sainte Brigitte; celui de bénir et indulgencier les chapelets; celui de bénir les crucifix en leur attachant les indulgences du chemin de la croix ou l'indulgence plénière in articulo mortis; celui de donner la bénédiction papale à la fin des

prédications; enfin l'indult de l'autel privilégié personnel. Les prêtres qui avaient obtenu quelques-unes de ces faveurs (comme membres, par exemple, de l'Union Missionnaire du Clergé) avant le 1er avril 1933, continuent à en jouir[1], mais aucune œuvre ne peut plus les communiquer à ses adhérents. Désormais tout prêtre doit les demander directement à la Pénitencerie avec la recommandation de son Ordinaire. Toutefois les privilèges accordés à certains Instituts religieux (de bénir et indulgencier des chapelets; d'attacher à des crucifix les indulgences du Chemin de la Croix; d'ériger des chemins de croix) demeurent en vigueur, et leurs membres peuvent en user personnellement, mais non pas les communiquer à d'autres prêtres.

c) *Chemin de la Croix.* — 1. *Indulgences.* — Pour lever tout doute au sujet des Indulgences du Chemin de la Croix, le Souverain Pontife, par un décret de la Pénitencerie (20 oct. 1931), abrogeant toute concession antérieure, a attaché à cet exercice les indulgences suivantes :

Fideles omnes qui, sive singulatim, sive in comitatu, saltem corde contrito, pium exercitium *Viae Crucis*, legitime erectae, ad praescripta Sanctae Sedis, peregerint, lucrari valeant : a) Indulgentiam plenariam toties quoties ipsum pium exercitium compleverint; b) aliam plenariam pariter indulgentiam si eodem die quo memoratum pium exercitium peregerunt, vel etiam si infra mensem ab eodem decies peracto ad Sacram Synaxim accesserint; c) indul-

1. Clericus qui nomen dederit piis fidelium associationibus ante april. 1933, frui non potest facultatibus in Decreto *Consilium suum persequens* (20 mart. 1933) recensitis, cum sacrum Presbyteratus Ordinem susceperit. — E contra, sacerdos, ad confessiones non approbatus, qui, uti supra, suum nomen dederit ante Decreti evulgationem, frui valet praedictis facultatibus, exceptis tamen facultatibus adnectendi Indulgentias Apostolicas et Plenariam « in articulo mortis », quae exerceri nequeunt nisi post obtentam approbationem ad excipiendas sacramentales confessiones. Poen., 2 mart. 1937, A. A. S., XXIX, 58.

gentiam partialem decem annorum totidemque quadragenarum pro singulis stationibus, si forte incœptum exercitium, quavis rationabili causa, ad finem non perduxerint.

Hujusmodi vero indulgentias SSmus Dominus Noster ad eos quoque extendi voluit ad quos spectant peculiaria in re Decreta diei 26 janv. 1773[1] et 25 mart. 1931 (voir *1er Supplément*, p. 40), ita tamen ut qui ex rationabili causa omnes praescriptos *Pater*, *Ave* et *Gloria* recitare nequiverint, pro indulgentia plenaria, indulgentiam partialem decem annorum totidemque quadragenarum consequantur pro singulis *Pater* cum *Ave* et *Gloria* recitatis; et si quis, vi morbi, vel tantum osculari vel intueri tantum queat in Crucifixum ad hoc benedictum, non vero addere precem jaculatoriam, indulgentiam plenariam consequi non impediatur. A. A. S., XXIII, 522-523.

2. *Conditions de validité de l'érection, et sanation des érections nulles.*

In audientia... die 11 janv. 1938 concessa, Pius PP. XI, abrogatis singulis conditionibus hactenus vigentibus, benigne decernere dignatus est, ad validam stationum *Viae Crucis* erectionem sufficere ut sacerdos, idcirco rogatus, debita facultate sit praeditus juxta decretum 20 mart. 1933 (voir plus haut, p. 47); prorsus tamen decere, ratione praesertim disciplinae ecclesiasticae, ut singulis vicibus, nisi agatur de locis exemptis, accedat venia Ordinarii loci ubi facultas exercetur, saltem rationabiliter praesumpta quando Ordinarius facile adiri nequeat. Praeterea eadem Sanctitas Sua statuit ut omnes *Viae Crucis* erectiones, quacumque ex causa hucusque invalide peractae, hujus Decreti vigore sanatae maneant. Poen., 12 mart. 1938, A. A. S., XXX, 111-112.

d) *Indulgences diverses.* — On peut désormais gagner les Indulgences du Rosaire ou du Chemin de la Croix sans être obligé, en cas d'empêchement, de tenir en mains un chapelet ou un crucifix indulgencié; il suffit de l'avoir sur soi (9 nov. 1933). Les clercs dans

